

**HVIC** Difficultati satisficit inter omnes Oratores præstantissimos per Illustris Quintilianis, lib. 4. de Inſtitutione qui dicit q̄ tribus de cauſis dimittitur Proœmium.

Prima cauſa eſt quando res quæ narratur, eſt turpis, de formis, & fædiſſima: Ideo ne auditoribus nauſeam & ſtomachi perturbationem concitemus proœmium non dicitur.

Ideo loco Proœmij vimur inſinuatione, & diſſimulatione quadam obſcurè informantes auditores.

2. Cauſa tacemus proœmium quando auditores ſunt perſuaſi ab his qui ante dixerunt, vel contra nos, vel contra alios.

3. Cauſa non proponimus Proœmium quando auditores laſſi & deſeſſi ſunt. Stante hac partitione. Reſpondeo quod proœmium eſſe ſuperuacaneum ſtat dupliciter.

Primo modo quando non eſt laſſitudo: quando res eſt clariffima, aut quando res non eſt turpis, & tunc dico q̄ non eſt ſuperuacaneum, nec ſuperfluum immo neceſſarium.

Secundo vero modo quando res eſt turpis, clara, & laſſitudo, & tunc dico eſſe ſuperuacaneum. Hæc ſatis ſunt. In ſequenti explicabo Diſtinctionem Primam.

**LECTIO QVINTA.**

Veteris ac nouæ legis continentiam diligenti indagine, etiam atque etiam conſiderantibus nobis præuia Dei gratia innotuit ſacræ paginæ tractatum circa res vel ſigna præcipuè verſari vt dicit Auguſtinus.

Certum orationes, & ſtudia literaria quatuor conſtare partibus, ſine quibus rem finem, & ſcopum difficile aſſequi valemus. Ita autem quæ ſunt breuibus adducam.

- |                         |   |  |
|-------------------------|---|--|
| 1. Primum eſt exordium, | } Exordium auditoris animum pronocat, Narratio res geſtas explicat: Argumentatio aſſertionibus fidem facit, & Concluſio finem & terminum rei imponit. | } Exordium proponit conſuſe dicenda. Narratio breuiter & aperte quæ ſunt dicenda aperit. |
| 2. Eſt narratio,        |   |  |
| 3. Argumentatio,        |   |  |
| 4. Concluſio.           |   |  |

Argumentatio ſtat noſtra, & aduerſa conſtingit: Concluſio vero conatur, ita auditorum animos comouere & concitare vt quæ dicta ſunt impleantur, & perficiantur.

Cum igitur Magiſter in antecedenti lectione prologum ſiue exordium ſuum expleuerit in quo propoſuit uobis materiam Theologicam: In præſentiarum accedit ad alia tria vltima nempe ad tractatum: ad narrationem, ad argumentationem, & ad concluſionem de qua ſic in D. prima ita incipit. Veteris ac nouæ legis continent. In qua obſeruo.

- |  |  |  |
|--|--|--|
| Intentionem,   | } Intentio Magiſtri eſt proponere materiam totius laboris quæ dicitur, de Rebus & Diſtinctionem in quatuor partes. | } Hinc antequam ad literæ, explanationem accedam declarare volo quid per res & ſigna venit ſciendum. |
| Partitionem,   |  |  |
| Difficultates & Soluones.                              |  |  |
| Prima pars amplectitur diſtinctionem rerum & ſignorum. |  |  |

*Omnis ſcientia eſt veris et ſignatum.*

2. Diſcrimen inter ſuii & vri, 3. Mouet quatuor dubia, & in 4. ſoluet.

Reſ igitur, vt inquit Paulus Luce conſultus generalem ſignificationem habet, corporalia, & incorporalia comprehendens. Hinc Philoſophi & Theologi dicunt q̄ res eſt multiplex, & diuiſio eſt tripliciter.

Reſ primo, vt d. Stephanus Bruleſer in Prologo primi, ſententiarum eſt.

- |   |                                     |
|---|-------------------------------------|
| Increata } Increata et } Et ſignata. } Res increata eſt Deus: } Res creata & increata eſt Chriſtus, quia eſt Deus & homo: Deus increat' homo creatus. | } 1. Platonis. 1. Phi. 3. Theologo. |
| Creata. } Creata. } Res creata eſt mundus. }  |                                     |

- |                                       |  |
|---------------------------------------|--|
| Res ſignata ſunt ſacramenta,          | } Plato poſuit ſex gradus entium. Primus Gradus continet Deum Glorioſum quem vocauit ſummum bonum & vnitatem. 2. Gradus continet Deos ſecundos quos vocauit ſecundas bonitates participantis immediate primam bonitatem. 3. Gradus cõuinet intellectus ſeparatos qui nullis corporibus ſunt vniti, ſed ſunt ſubſtantia: penitus ſeparata:. |
| Res increata eſt in primo libro,      |  |
| Res creata in ſecundo libro,          |  |
| Res creata & increata in tertio libro |  |

*2. de Gene. 7. com. 51.*

Res ſignata in quarto libro. Vltierius.

In 4. Gradu poſuit animas cælorum quæ ſunt colligatæ cum cælicolis.

In 5. Gradu poſuit animas dæmonum quæ ſunt vnite corporibus aetæis, vnde Plato credit cælum eſſe verè animatum & vocauit animam immortalē: ſic Dæmones habere corpora aetæa, & eſſe verè animalia.

In 6. Gra. poſuit animas humanas quæ licet ſint intellectuæ, tamen infimæ ſunt, in gradu & loco, quia corporibus terreſtribus opacis & corruptibilibus ſunt vnita.

Philoſophus vero 2. de Gene. facit tres Gradus rerum.

Primus Gradus continet res quæ ſunt ſemper,

Secundus continet res quæ nunquam fuerunt, non ſunt, nec erunt,

Tertius Gradus continet res quæ quandoque ſunt, & quandoque non ſunt, Declaro.

Quæ ſemper ſunt, & fuerunt eſt Deus Trinus, & vnus, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, Vel Philoſophi cæ loquendo, ſunt intelligentiæ: cælum & elementa, Et dicuntur, Res quia rata, quia ſubtiles, & fixæ.

Quæ nunquam erunt ſunt impoſſibilia, vt quod centrum moueatur, quod chimera reperiatur.

Quæ quandoque ſunt, & quandoque non ſunt, ſunt temporalia, rerum generationes, & corruptiones: ortus & interitus vegetabilium, & ſenſilium: Ecclypſis Lune, & Solis.

A pari ſignum dicitur multifarum, vt collegi ex omnibus ſere Doctõribus præſtantiffimis.

Signum